


4720 tabulae marmoreae cr. 0,03 fragmenta quinque, quorum quattuor inter se coniuncta (a) alta sunt ca. 0,455, l. 0,57, quintum (b) altum ca. 0,24, l. ca. 0,23; litterae a. 0,058-0,055. a rep. nelle tabernae del lato occidentale del foro; asservantur gypso inclusa in horreis Epagathianis. Ibidem vidi fragmentum b.



Composui a et b; fragmentum, quod versum 5 ineuntem continet, in suum locum restitui; descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. a Calza Not. d. sc. 1923 p. 406.

1. 2 nomina imperatorum et vicarii iam supplevit Calza, quae supplementa nunc fragmento b apposito plane affirmantur. Titulus positus est imperantibus Honorio et Theodosio iuniore, i. e. inter annos 408 et 423. Fl(avium) Nicius Theodulum novimus iam ex titulo C. X 6425 (cf. Cantarelli Bull. com. 1890 p. 42). — 3 frg. b: litteram m puto superesse ex nomine aedificii, quod renovatum esse verbo finito v. 5 indicatur, ut [basilica]m, [porticu]m; numerus autem litterarum, qui deesse videtur, optime expletur vocabulo [curia]m. Vocabulum quod sequitur supplere propono su[mptu], scilicet [p]rinci[us] p[ri]ncipalivm [coloniae Ostiensis] (v. 4, supplevi). Quodsi fragmenta a reperta sunt nelle tabernae del lato occidentale del foro, ea domus autem, quae curia fuisse putatur, sita est in angulo qui efficitur latere occidentali fori et via primaria (v. Calza Ostia, guida p. 143), non sine aliqua causa quaeri potest, num inscriptio ad illud aedificium pertineat — neque enim ullum aedificium aptius sumptu principalium renovari potuit quam curia —, viceversa autem opinio eorum, qui illam domum curiam fuisse iudicant, hac inscriptione confirmetur: qua de re decernant velim archaeologi. — Quibus perpensis tota inscriptio hoc fere modo supplenda videtur:

Salvis (dominis nostris) Hon[orio et Theodos]io invict[is]
principibus Fl(avius) N[ic]ius Theodu[li]us v[ir] c[larissimus]
vicarius urb[is] aeternae [curia]m su[mptu]
[p]rinci[us] p[ri]ncipalivm [coloniae Ostiensis]
totam renov[avit].

4721 basis marmorea (1,70×0,61×0,59). Spatium scripturae destinatum a. 0,83, l. 0,51; litt. a. 0,04-0,03. Titulus se inscriptum esse inscriptione priore deleta ipse videtur docere; sed vestigia illius prioris vidi nulla. Litterae aetatis labentis. Rep. sul foro, ad occidente del decumano; est ibidem in angulo qui efficitur latere occidentali fori et via primaria (nescio an loco antiquo).

TRANSLATAM·EX·SOR
DENTIBVS·LOCIS·
AD·ORNATVM·FORI
ET·AD·FACIEM·PVBLICAM
5·CVRANTE·P·ATTIO·
CLEMENTINO·V·C·
PRAEF·ANN·

Recognovi. Vaglieri Not. d. sc. 1913 p. 237; inde Cantarelli Bull. comun. 1913 p. 195.

Interpunctiones vidit Vaglieri plures quam ego, scilicet v. 4 post ex, 4 inter singula verba, 6 inter v.c. — Intellege basim vel statuam ex sordentibus locis ad ornatum fori et ad faciem publicam transferendam curavit P. Attius Clementinus v[ir] c[larissimus] praef[ectus] ann[onae]; cf. supra n. 4315 et Dessau Inscr. Lat. sel. III 2 p. 898 b; v. etiam supra p. 609.

4722 [= Eph. IX 484] tabula marmorea, adhibita in pavimento sanctuarii, quod Sabazeo dicitur (cf. supra n. 4296); lettere piccole, che paiono semplicemente graffite, ovvero sono molto corrose dall' attrito VAGLIERI.

EXEDR·PECVLIA·ARPOC

Vaglieri Not. d. sc. 1909 p. 20; inde Dessau l. c.
Exedr(a) peculiar(is) Arpoc[r --].


4723 tabula marmorea infra fracta, a. 0,415, l. 0,55, cr. 0,062; litt. a. ca. 0,035. Rep. via della casa dei triclinii; est ibidem.

SECUNDVS·CIRCVMFECIT

vacat

Descripsi. Calza Not. d. sc. 1927 p. 399 n. 45 ad apographum meum. Fortasse pars inscriptionis ad complures tabulas pertinentis. Litterae, quas punctis notavi, laesae (erasae?) sunt.

4724 tabulae marmoreae oblongae, cr. 0,065 fragmenta septem, litteris bonis. A latere aspicienti tabula hanc speciem praebet: A. a. b rep. teatro, terza taberna (cominciando dalla scala a sin. del corridoio d'ingresso); e rep. essendo stati continuati i lavori seguendo la curva del teatro. Asservantur omnia in repositis musei Ostiensis, fragmenta a b f g gypso infixi; cetera dispersa adiunxi.




Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. a b Vaglieri Not. d. sc. 1913 p. 84 n. 4, 5, e id. ibid. 1910 p. 177 n. 4.

Litterae versuum 2. 3 ex parte valde corrosae sunt. — 1 [quindecimvir sa]c[ris] faciund[is] proponit Dessau, ipse cogitaveram de supplemento [sua pe]c[unia] faciund[um] cu[ravit]. — 2 pronavo: v. Dessau Inscr. Lat. sel. III p. 896; supra n. 61. Apparet aliquem aliquod aedificium cum

pronao exstruxisse. — pronavo pro pronao, cf. e. g. di synnavi C. XI 3074 = Dessau 4000. — 2 f in. videtur esse interpunctio aut vestigium litterae F; fin. fuit o vel c vel q. — 3 b in. i vel n, fin. B vel E: -- nsue --? — 3 c fin. videtur fuisse N potius quam M, sed res incerta est. — 3 e vestigium curvum cernere mihi videbar. — 3 f [pu]bl.?; deinde fortasse c potius quam o. — 3 g u]xor?

4725 tabulae oblongae marmoreae marginatae, a. 0,15, cr. ca. 0,035 fragmenta duo, a l. ca. 0,25, b ca. 0,19. a rep. presso il gran tempio. a b exstant composita in horreis Epagathianis.



Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. a Calza Not. d. sc. 1919 p. 75 n. 9, utrumque idem ibidem 1927 p. 401 n. 53.

Tabula videtur aedificio cuiquam affixa fuisse. 1 e. g. [schol]a, deinde nomen adiectivum. — 2 vocabulum SEVIR periiit, cum tabula ad novum usum adhiberetur. Hasta infima transversa, quae sola superest de littera E, miro modo curvata est; sed potest vix quicquam aliud fuisse. — 2 b in. iterum ide]m? — 3 consules suffecti, ut videtur.